

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiæ Majestatis
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

Cocceji, Samuel von

Lipsiæ, 1766

LIB. V. TIT. V. De Fideicomm. Hæred. Petitione.

urn:nbn:de:gbv:45:1-9044

§. f. jud. l. 36. solut. Conf. Struv. h. §. 74. Laut. h. t. Dissent. Carantza de part. c. 18. n. 5. seq.

OBJ. (1) Quod praesumatur id quod plerumque fit, at rarissime tergemini nascuntur.

RESP. Lex etiam de raro contingentibus ferri potest.

OBJ. (2) L. 7. pr. ff. Reb. dub. ubi posthumus qui natus non est partem non facit.

RESP. Ibi jam constat partum natum non esse, adeoque partem facere nequit.

OBJ. (3) L. 3. §. 10. suis & legit. Ubi filius ex asse haeres est.

RESP. si constat matrem praegnantem non esse, d. l. 3.

OBJ. (4) L. 30. §. 6. ff. Acq. vel om. haer. ubi dicitur in casu proposito filium non in quarta, sed in dimidia hereditate succedere.

RESP. Omnino verum est ex dimidia fieri haereditem, sed quia interim non constat, an unus saltem an plures sint nascituri, interim saltem quarta pars adjudicatur, de quo est d. l. 3. h. t. aliter respondet Goth. ad d. §. 6.

Atque hanc dispositionem l. 3. h. hodieque obtinere testis est Stryk. U. M. h. §. 2. Ubi simul exempla tergemina recenset, qualia quoque in his terris contigisse notum est.

LIB. V. TIT. V.

DE

FIDEICOMM. HAERED. PETITIONE.

Qv. I. An fideicommissaria haereditatis petitio sit actio civilis, an praetoria?

RESP. Est civilis, quia est ex SCTo, l. 1. h. t. actiones autem ex SCTo ortae sunt civiles, ac praetoriae opponuntur. pr. Inst. perp. Act.

OBJ. (2) L. 2. h. ubi opponitur haereditatis petitioni civili.

RESP. vox civilis ibi strictissime sumitur pro ea quae ex LL. 12. tabb. oritur, vid. Struv. evol. h.

OBJ. (2) pr. Inst. de perp. & temp. act. ubi actiones, quae bonorum possessori, & illis, qui haeredis loco sunt, dantur, dicuntur praetoriae

RESP.



RESP. Sub illis verbis *qui haeredis loco sunt*, non intelliguntur haeredes fideicommissarii, horum enim actio est civilis, *d. l. 1. junct. d. pr.* sed illi, quibus bona libertatis causa addicebantur, item haereditatis emtores &c. Vid. *Struv. Ex. 46. th. 77.*

Multum vero *Usu fori* quoque interest, an actio sit civilis an praetoria: de quo plenius *sup. p. 325.* & *infr. tit. de Obl. Act.*

LIB V. TIT. I.

DE

REI VINDICATIONE.

QV. I. *Quisnam praefertur in hac actione, si duobus eadem res vendita vel donata sit?*

RESP. Is cui prius res tradita est: *L. 15. C. h. l. 6. Haer. vend. Conf. l. 72. h. l. 98. R. I.* Quod ita communiter Dd. asserunt, *Treutl. h. §. 2. lit. f. Struv. h. §. 8. ibique Dd. Goth. ad d. l. 15.* quia per traditionem demum acquiritur dominium, per nudam conventionem autem tantum obligatur persona: *Struv. d. l.*

EX C. (a) Si Princeps duobus donet; res cedit priori, *l. ult. C. Loc. praed. Civ. Gail. 2. Obs. 55.* etsi posteriori donationi clausula derogatoria adjecta sit. *Gail. d. l. Decius Conf. 151. n. 11. Treutl. V. 2. Disp. 19. th. 3. lit. a. in f.* (β) Excipiunt casum, si prior donatio est ex titulo oneroso, posterior ex titulo lucrativo. *Toming. Dec. 3. in fin. Treutl. d. l.* sed pugnat haec limitatio cum ratione juris, ut & reliquae, quas notat *Gothofredus ad l. 15. C. h.*

Ampliatur autem regula antea posita, ut vera sit; Etsi prior emtor pretium jam solverit, posterior vero non; *Struv. d. l.* nam rei vindicatio domino demum datur, dominus vero non fit nisi rei traditione.

NOT. Tradita autem non tantum videtur res, quae vere traditur, sed & quae symbolice transfertur, *l. 14. §. 1. ff. per. Et com.* ut si traduntur instrumenta, nam tradito instrumento res ipsa in instrumento descripta tradita censetur. *l. 1. C. Don. Fab. C. L. 1. tit. 3. def. 6. n. 3. Covar. l. 3. var. resol. c. 6. n. 12. Struv. d. §. 8.* ubi ita judicatum refert. Requisita autem hujus traditionis instrumentorum late describit *Müller. ad Struv. d. l.*

